

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regularum Philosophicarum Disputatio IX. continens Regulas V.  
pertinentes ad doctrinam Formae

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

*Regularum Philosophicarum*

## DISPUTATIO IX.

conticens

## REGULAS V.

*pertinentes ad doctrinam*

## FORMÆ.

## REGULA I.

*Positâ formâ ponitur formatum.*

## I.

Duplex hęc adhibenda distinctio est :

I. Forma est duplex : *Materialis & Immaterialis*. *Materialis* dicitur, quę à materiã dependet in esse, in fieri, & in operari. *Immaterialis*, quę extra materiam subsistere apta est: qualis est anima rationalis; reliquę omnes materiales sunt.

II. II. Reperenda & accommodanda hęc est distinctio sapiens tradita, scilicet formam considerari posse cùm *secundum esse absolutum* cùm *respectivè*, & ut actu causa formalis est.

III. Jam facio tres conclusiones. I. *Positâ formâ quãvis, ut est actu forma*, sive materialis, sive immaterialis, *ponitur formatum*. Quod quidem per quam manifestũ est, quia poni formam, ut est actu forma, est ipsam ponita, ut iaformet materiam, sive: ut sit unita

unita materiæ. Est enim unio cum materiâ actus secundus & ratio formalis formæ. At positâ unione formæ cum materiâ, ponitur necessariò formatum: quemadmodum positò, animam rationalem corpori organico uniri, non potest non esse homo.

IV. II. *Positâ formâ materiali secundùm esse absolutum, ponitur formatum.* Ratio, quia posita formâ, secundùm quod informat materiam, ponitur formatum, ex conclusione præced.

At positâ formâ materiali secundùm esse absolutum, ponitur etiam secundùm quod informat materiaturum.

E. positâ formâ materiali secundùm esse absolutum, ponitur materiaturum.

Minor probatur, quia forma materialis esse & entitatem suam obtinere nequit, nisi sit in materiâ, eamque informat: quemadmodum anima bovis in rerum naturâ esse nequit, nisi sit in corpore bovis, & illud animet. Loquimur autem de eò, quod naturaliter fieri aut non fieri potest. Multi namque Auctores gravissimi statuunt, posse formam materialem per potentiam Dei etiam extra materiam subsistere: quò de nunc non disputamus.

V. II. *Positâ formâ materiali secundùm esse absolutum, non statim ponitur formatum.*  
Ratio

Ratio est  
extra mater  
non ponitu  
post morte  
sum naturâ

Quicquid

I. Ad ra  
rationibus  
suam forma  
causâ form

II. Sed i  
gumentam

Quicquid  
Deus est

E. Deus

Conclusio  
formam, t

Deò, cùm  
prior sit fe  
haberet, p  
etiam mat  
esse. Absu

Non autem

III. Sec  
mneens fi  
mam. Sed  
litate oster

Ratio est, quia forma immaterialis potest extra materiam subsistere; formam autem non ponitur, nisi forma sit in materiâ. Ita post mortem hominis forma actu est in rerum naturâ, nec tamen tunc homo est.

## REGULA II.

*Quicquid est, per suam formam est.*

I. Ad rævum hoc multi omnibus in disputationibus ingeminant: *Quicquid est, per suam formam est*, & loquuntur de formâ sive causâ formali propriè dictâ.

II. Sed id non est ita simpliciter verum. Argumentamur enim ita:

*Quicquid est, per suam formam est.*

*Deus est.*

*E. Deus per suam formam est.*

Conclusio est absurda: quia Deus non habet formam, tam, quia sic aliquid esset prius in Deo, cum omnis forma, tanquàm causa, prior sit formatô; tum, quia si Deus formam haberet, per quam esset, necesse esset, ipsum etiam materiam habere, & sic compositum esse. Absurda igitur est altera præmissarum. Non autem minor. E. major.

III. Sed dicent, de ente finito se loqui: Omne ens finitum nimirum esse per suam formam. Sed & hoc absurdum esse, eâdem facilitate ostenditur.

Omne

Omne ens finitum per suam formam est.

Atqui omnis forma est ens finitum.

E. Omnis forma per suam formam est.

Conclusio est absurda. Nam si omnis forma per suam formam est, dabitur progressus in infinitum. Minor autem vera est. E. major erit absurda. Potestque instantia etiam dari ab ipsâ materiâ, quæ in se & præcisè à formâ considerata est; & tamen in se & præcisè formâ considerata, non est per suam formam cum sic formam non habeat. Item ab Angelis instantia sumi potest: Illi enim entia finita sunt, & cum sint simplicia, ex materiâ formâ non constant, & per consequens, per suam formam esse non possunt.

IV. Limitaverit quis propositionem ita: *Quicquid est, per suam formam est, si habeat formam.* Vel, *quicquid est compositum ex formâ, illud per suam formam est.* Sed de hoc re-clarior erit, & ulterius determinabitur infra in Reg. IV.

V. Nonnulli per conversionem simpliciter dicunt: *Per quodcumque aliquid est, illud forma eius est.* Sed nec hoc ita nudè intellectum est universale. Nam per differentiam specificam, imò etiam per suam essentiam, est aliquid, & tamen nec differentia, nec essentia rei, est idem cum formâ rei, propriè loqui si velimus.

DISP.

R

forma qua

Habet ho

Termin. cap. X

forma (Subst

du: quia qu

que solùm da

torum. ut for

sunt, que dar

tulum, sicut p

dant esse, vir

tum. &amp; dicit

autem, qua d

gere, ut anim

tur. Et quan

sunt nobilior

inter omnes

Armandus.

I. Quia

triam formam

ideo non po

dicitur, for

II. Scien

sophos occ

R: &amp; esse existet

## REGULA III.

*Forma quanto dant esse nobilior, tanto sunt nobiliores.*

Habet hoc *Armandus de Bello Vesu Lib. II. Term. cap. XL.* cujus verba hæc sunt: *Hæc forma (substantialis) est in quadruplici gradu: quia quedam forme substantiales sunt, que solum dant esse: ut forme omnium inanimatorum, ut forma lapidum & hujusmodi. Quedam sunt, que dant esse & vivere, ut forme vegetabilium, sicut plantarum. Quedam sunt, que dant esse, vivere, & sentire: ut forme animalium, & dicuntur anime sensive. Quedam autem, que dant esse, vivere, sentire & intelligere, ut anime hominum, que rationales dicuntur. Et quanto dant esse nobilior, tanto etiam sunt nobiliores: propter quod anima rationalis inter omnes summum obtinet gradum. Hæc Armandus.*

## REGULA IV.

*Forma dat esse rei.*

I. Quia præcedenti Regulâ diximus, *formam dare esse nobilior, quàm alteram, ided non possumus non id explicare, quod dicitur, formam dare esse rei.*

II. Sciendum autem, duplex apud Philosophos occurrere esse, nempe *esse essentia, & esse existentia.* Illud est id, quod primò in

NN

re

re concipitur, & abstrahitur ab existentia quatenus cuiuslibet rei sua est essentia, esse non existat in rerum natura, juxta *Partiæ Primæ Disp. I. Reg. VI.* ubi dicitur, *essentia rerum esse æternas.* Hoc autem posterius est, esse actu in rerum natura extra nihil: quod competit rebus creatis non ab æternò & necessariò, sed contingenter & in tempore: quemadmodum licet hæc propositio ab omni æternitate fuerit vera: *Homo est animal rationale*; hæc tamen: *homo existit*, vel *animal rationale existit*, ante mundi creationem non fuit vera.

III. Porrò cum dicitur, formam dare esse rei, potest hoc intelligi vel de materia sive subjectò, cui inest, vel de compositò. Thomistarum sententia est, materiam quidem habere essentiam actualem & realem, ut per se & seorsim à formâ consideratur, & ita formam non dare materiae essentiam, sive esse essentia; existentiam tamen habere à formâ, seu, quod idem est, formam dare materiae esse existentia, eò modò, quò albedo dat esse albo, & per eam aliquid est album. Alii tamen rectius statuunt, materiam esse ens actu in rerum natura, & habere existentiam propriam, & non à formâ acceptam. Cujus sententia sunt Scotus *II. dist. XII. quest. II.* ejusque discipuli, eamque sequun-

sequuntur  
lerus I. P.  
II. J. VI. 8.  
IV. V.  
citur, qu  
secundum  
idem su  
Quod lic  
monstrat  
riò disp.  
disp. Mer  
dunt Th  
tiam ad  
acceptam  
habere  
formâ a  
V. Se  
sentia; a  
mentam  
sentian  
ties una  
pit, ton  
Conseq  
materia  
lis, sic  
tia prob  
acciper  
tere exi  
tiam, i

sequuntur Pererius *L. V. Phys. cap XIII.* Tol-  
 lerus *I. Phys. quest. XIII.* Mendoza *disp. Phys.*  
*II. f. VI.* & alii.

IV. Veritas hujus Regulæ inde conspi-  
 citur, quod essentia actualis & existentia  
 secundum rem non differunt, sed unum &  
 idem sunt essentia actualis & existens.  
 Quod licet Thomistæ non concedant, de-  
 monstratum tamen sufficienter est à Soa-  
 riò *disp. Metaph. XXXI. f. VI.* & Mendoza  
*disp. Metaph. IIX. f. IV.* Si ergò, quod conce-  
 dunt Thomistæ, materia prima habet essen-  
 tiam actualem propriam, & non à formâ  
 acceptam, necesse etiam est, concedat eam  
 habere existentiam propriam, & non à  
 formâ acceptam.

V. Sed quicquid sit de distinctione exi-  
 stentiæ ab essentiâ actuali, nos ita argu-  
 mentamur: Si materia suam habet exi-  
 stentiâ à formâ, sequitur, materiam, quo-  
 ties unam formam amittit, & novam reci-  
 pit, toties interire & de novò produci.  
 Consequens est absurdum, propterea, quòd  
 materia est incorruptibilis & ingenerabi-  
 lis, sicut suprà audivimus. Consequen-  
 tia probatur, quia rem produci, est, eam  
 accipere existentiam, & interire, est, amitte-  
 re existentiam. Sed accipere existen-  
 tiam, idem est, quod extra causas consti-  
 tui

tui, & amittere existentiam, idem, quod definire esse extra causas: Plura de hâc controversiâ videantur apud alios.

VI. Quantum ad compositum, formam illi dare esse tùm essentiali tùm existentiam (quemadmodum albedinem dare esse album, & animam dare esse animatum) nullum planè videtur esse dubium.

VII. Verùm idem etiam de materiâ dicendum videtur. Est enim & materia causa interna, & pars essentialis, & in conceptu quidditativò compositi includitur. Imò & reliquæ causæ dant esse rei. Definitur enim causa in communi, quod sit *principium per se influens esse in aliud*, i. e. communicans & dans esse alii. Sic ignis, tanquam causa efficiens, dat aquæ, & cuilibet alii rei calefactibili esse calidum: & cur ferra sit ferrea, id provenit à fine, cum aliàs eâ ad secandum uti non possemus. Quod si igitur omnes causæ dant esse rei, cur (inquiat aliquis) id de formâ peculiariter pronunciatur?

IX. Dixit quis, quantum ad efficientem id fieri propterea, quòd illa non det esse composito, nisi mediante formâ, quatenus eam è materiâ educit, aut saltem cum materiâ unit; vel propterea, quòd efficiens causa non dat esse essentiali, ut ab existentia

præ-

præcin  
ficiens  
cendô e  
ducere  
fas & in  
facere r  
stentian  
fas in r  
posset.  
influxu  
nalem.

IX.  
rebus  
forma  
materia  
termin  
specifio  
mento  
& sunt  
differe  
qua &  
pter fo  
videtu  
etiam

X.  
cam, i  
det rei  
det fo  
tur, (

præcinditur, sed solum esse existentia. Efficiens enim non dat rei esse, nisi producendo eam. Sed quid aliud est, rem producere, quam eam constituere extra causas & in rerum naturâ? At hoc ipsum est facere rem existentem, siquidem per existentiam est aliquid formaliter extra causas in rerum naturâ. De sine responderi posset, eum non dare esse realiter, sive per influxum realem, sed tantum per intentionalem.

IX. Quantum ad materiam, quia illa in rebus diversarum specierum est eadem, forma autem cuilibet speciei est propria, materia tantum dat esse confusum & indeterminatum, forma verò determinatum & specificum: quemadmodum materia elementorum est eadem, formæ verò diversæ, & sunt elementa quatuor corpora specie differentia, estque unum ignis, alterum aqua &c. non propter materiam, sed propter formam. Has igitur ob causas formæ videtur attribui, quod det esse rei, & non etiam aliis causis.

X. Verum ut de materiâ imprimis dicam, illa licet sæpè sit communis, & non det rei esse tale & specificum, sed id solum det forma, in quacunquè materiâ reperitur, (sicut e. c. albedo dat album; dispo-

ficio medii cum extremis facit Syllogif-  
 mum, quæcunque tandem fuerit materia;  
 estque res clara in materiâ primâ, quæ de  
 se est communis, & apta, ut cujuslibet  
 compositi naturalis pars sit; id tamen non  
 experimur esse perpetuum. Nam sæpè com-  
 positum aliam peculiarem requirit mate-  
 riam: quemadmodum de ferrâ patet, cu-  
 jus forma consistit in *esse dentatô*, materiâ  
 autem oportet esse ferrum; sic & sinum  
 pro formâ curvitatem importat, materiâ  
 & subiectum est solus nasus. Videatur Phi-  
 losophus *VII. Metaph. cap. V.* ubi duo ac-  
 cidentium genera nominat, nimirum *re-*  
*spectiva* quædam, quædam verò *absoluta*.  
 Nec solum in hisce accidentalibus res ita  
 sese habet, sed & in substantialibus. Nam  
 ad constitutionem hominis præter animam  
 rationalem, requiritur etiam materia cer-  
 tis organis prædita. In hisce sanè non so-  
 la forma, sed & materia dat esse specificum;  
 imò nec materia per se & seorsim, nec for-  
 ma per se & seorsim, sed utraque simul &  
 cum alterâ dat esse proprium & specificum.  
 Si enim charta aut lignum ita dentatum sit  
 ut ferrâ, non erit ferrâ, sed ferrum adesse  
 oportet: quemadmodum videre est apud  
 Aristotelem *II. Phys. t. 88.* Sed neque si fer-  
 rum sit, non tamen dentatum sit, ferrâ erit.

Utrum-

Utrum  
 quoque  
 materi  
 distincta  
 non esse  
 est, & e  
 & form  
 Videtur  
 forma  
 dare e  
 nempè  
 XI.  
 ceat su  
 ter, n  
 quod a  
 beat e  
 dio, a  
 dum e  
 II. Ph  
 XII  
 niter  
 forma  
 mum  
 sine u  
 cificè  
 sunt p  
 ma ab  
 id, q  
 tur,  
 quâ

Utrumque igitur simul dat esse ferræ. Sic quoque etsi ponamus, animam informare materiam simplicem, & nullis organis distinctam, (sive possibile hoc sit, sive non) non esset tunc homo. Quod igitur homo est, & esse humanum habet, id & materia & formæ simul acceptum referendum est. Videtur ex istis perspicuû, interdum solam formam, in materiâ tamen constitutam, dare esse specificum; interdum ambas, nempe materiam & formam simul.

XI. Quantum ad finem, etsi ille non exerceat suam causalitatem nisi intentionaliter, nescio, an propterea negari debeat, quod det esse rei. Certè quod ferræ debeat esse ferrea, id dat ipsi finis, nempe sensitio, ad quam est comparata: quemadmodum expressè docet Aristoteles *cit. t. 88. II. Physic.*

XII. Forſitan hæc eſt ratio, cur communiter dicatur, *formam dare eſſe rei*, quod forma eſt quaſi complementum, & ultimum id, quò poſitò in materiâ, eò ipſò, & ſine ullò mediò res conſtituitur in eſſe ſpecificò; reliquæ autem cauſæ, quia formâ ſunt priores, (ſaltem naturâ, cum ipſa forma ab iis dependeat) non ſunt ultimum id, quò poſitò res ſive compoſitum ponatur, ſed debent quaſi expectare formam, quâ præſente, eò ipſò res habet ſuum eſſe.

XIII. Clarum autem est ex §. VI. hanc Regulam intelligendam esse de eò, quod *habet formam*, sive de *compositò*, quod ex *formâ constituitur*. Nam quod formam non habet, quomodo ipsi forma dare potest esse? Videtur etiam ex iis, quæ hæcenus diximus, præcedentem Regulam ita intelligendam esse: *Quicquid est, per suam formam est*, nempe *quantum ad esse specificum, vel per formam tantum, vel per formam & materiam simul.*

## REGULA V.

*Forma est indivisibilis.*

I. Præsupponendum est hîc I. duplicis generis esse formam: quædam enim est *substantialis*, ut anima; quædam *accidentalîs*, ut color, albedo. II. Repetenda est distinctio formæ in *materialem & immaterialem*. III. Sciendum, posse hîc dubium esse de quadruplici divisibilitate: an scilicet forma sit divisibilis, an indivisibilis 1. in partes essentielles physicas, quæ sunt materia & forma; 2. in partes essentielles logicas quæ sunt genus & differentia; 3. in partes integrales sive quantitativas; 4. ratione intensiõnis in gradus. Jam pro explicatiõne Regulæ ponemus sequentes conclusiõnes.

II. I. *Nulla forma est divisibilis in materiam*

riam &  
consta  
divid  
III.  
ferent  
differ  
& diff  
& diff  
ma en  
mitur  
quod  
defini  
corpor  
est cor  
IV.  
fione  
specifi  
sum  
scend  
litas  
const  
in eâ  
V.  
visibi  
ipsa  
visibi  
aliæ  
est re  
vide

*riam & formam.* Ratio, quia forma non constat ex materiâ & formâ. E. nec in eas dividi potest.

III. *II. Forma est divisibilis in genus & differentiam.* Quicquid enim habet genus & differentiam, illud est divisibile in genus & differentiam. Sed forma habet & genus & differentiam. E. Minor probatur: anima enim genus est *actus*, differentia ejus sumitur in ordine ad *corpus organicum*, id quod patet ex Aristotele *II. de animâ cap. I.* deficientem animam quod sit *actus primus corporis organici.* Sic & albedinis genus est *color*, differentia est *discrepativum visus.*

IV. Intelligendam tamen hanc conclusionem volo de *formâ*, *conceptâ sub conceptu specificô.* Nam quæ concipitur sub ratione summi generis, vel etiam conceptu transcendente summa genera, (ut si dicam, *qualitas*, *accidens* & c.) ea sic concepta non constat ex genere & differentiâ, & sic neque in ea dividi potest.

V. *III. Forma a materiâ dependens, est divisibilis in partes integrales.* Hôc modô ipsa quantitas est essentialiter & per se divisibilis; ratione autem quantitatis etiam alix formæ materiales sunt divisibiles, & est res clara de formis accidentalibus. Divide enim chartam albam in partes & i-

NN 5

psam

psam albedinem simul divideris. Quantum ad substantiales, de iis, quæ sunt rerum inanimatarum, plantarum item & insecto-  
rum, non minus videtur esse perspicuum. Divisio enim lapide in duas partes, utraque pars est formaliter lapis: abscissio ramò ab arbore, & arbor manet animata, & ramus, cujus evidens argumentum est, quod ramus terræ intrusus frondescit: dissectâ item lacertâ, utraque pars animali motu movetur, & sic vivit, & quidem longo tempore, ut non possit recurri ad relictos spiritus. Sequitur ergò, formas dictarum rerum dividi ad divisionem totius. De formis animalium perfectorum res est magis controversa. Eas dividi negant Albertus Magnus *I. de anim. cap. II & L. II. cap. VII.* Bonaventura *dist. VIII. in part. II. dist. IV. q. III.* Thomas *part. I. q. LXXVI. a. 8. & alibi.* Cajetanus *ibidem.* Bannes *de generat. cap. V. q. V.* Judicantque sententiam hanc probabilem Connimbricenses *in II. de anim. c. I. q. VIII. art. III.* Nos tamen cum Scoto *IV. dist. XLIV. q. I.* Durandò *II. dist. VIII. q. III.* Socinate *VI. Metaph. q. XI.* Javellò *ibid. q. IV.* Toletò *II. de animâ q. V.* Anton. Ruvio *ibid. tract. de modò, quò anima informet. quest. III.* Petro Hurtado de Mendoza *disp. II. de anima s. IV.* asserimus, & has animas esse divisibiles.

Ra.

Rationes & explicationem hujus sententia vide apud Autores citatos.

VI. Dixi autem: *forma à materiâ dependens*, ut excipiat anima rationalis, quæ est forma immaterialis.

VII. IV. *Nulla forma substantialis est divisibilis in gradus*, sive: *nulla forma substantialis intenditur & remittitur*, teste Aristotele dicente, substantiâ non recipere magis & minus.

IX. V. *Aliqua forma accidentalis potest dividi in gradus*, h. e. potest intendi & remitti: Ita dum aqua calefit ab igne, calor intenditur, frigus remittitur, dum verò ab igne remota refrigerat, frigus intenditur, calor remittitur, & aliqui ejus gradus corrumpuntur.

IX. Dixi autem *aliqua*, quia non omnis forma accidentalis intenditur & remittitur, sicut in quantitate & figuris perspicuum. Sed hæc de re alibi plura.

X. Verùm contra nonnulla ex dictis obijci potest. Et 1. contra distinctionem formæ in substantialem & accidentalem: *Accidentia non habet formam. E. non datur forma accidentalis.* 2. Contra conclusionem tertiam: *Quicquid non est quantum, non est divisibile in partes quantitativas. Nulla forma substantialis est quanta. E.* Minor probatur, quia quantitas est affectio materiæ. 3. Contra conclusionem quartam est, quod

Quantum  
erum in  
infecto-  
spicuum.  
utraque  
ramò ab  
& ramus,  
quod ra-  
estâ item  
tu move-  
tempore,  
spiritus.  
erum di-  
mis ani-  
contro-  
Magnus  
onaven-  
II. Tho-  
Cajeta-  
V. q. V.  
pabilem  
q. VIII.  
f. XLIV.  
ocinate  
Toleto  
tract. de  
I. Petro  
ma f. IV.  
iffibiles.  
Ra.

ex sententiâ Averrois *L. III. de celo t. 67.* quod sequitur etiam & defendit Zabarella, *Lib. de missione*, formæ elementorum in missione intenduntur & remittuntur; jam autem formæ elementorum sunt substantiales. E.

XI. Resp. Ad 1. Negandô consequentiam. Aliud siquidem est *forma accidentis*, aliud *forma accidentalis*. Cùm dividitur forma in substantialem & accidentalem, non appellatur forma accidentalis, quæ sit constitutiva accidentis; sed, quæ sit in aliquo prædicamento accidentis.

XII. Ad 2. Forma non est quanta *per se*, & sic non est divisibilis in partes quantitativas *per se*; est tamen quanta per accidens: extenditur enim ad extensionem ipsius quantitatis, & hõc modõ etiam dividitur.

XIII. Ad 3. R. I. Ipse Zabarella distinguit, & dicit, intensiõnem & remissiõnem duobus fieri modis: uno *sine variatione speciei*, quod propriè dicatur suscipere magis & minus, ut patet de calore, qui cùm intenditur vel remittitur, manet essentialiter calor. Et hõc modõ concedit, nec formas elementorum, nec ullam aliam substantialem recipere intensiõnem & remissiõnem. Secundõ *cum mutatione speciei*, & sic statuit, formas elementorum, & per consequens,

aliqui  
2. Illa  
trove  
tur, n  
detur

A

C

tulu  
de f

Si a

U  
scie  
fex  
Ab  
qu

aliquas substantiales intendi & remitti.  
 2. Illa sententia Averrois & Zabarella contro-  
 versata adhuc est, & à pluribus explodi-  
 tur. nec data distinctio consistere posse vi-  
 detur, de quâ videantur alii.

*Regularum Philosophicarum*

## DISPUTATIO X.

CONTINENS

## REGULAS VII.

*pertinentes ad doctrinam*

ABSTRACTI ET CON-  
CRETI.

**C**um abstractum sit forma concretis  
 vel saltem se habeat ut forma, &  
 concretum ut formatum, rectè Ti-  
 tulus de Abstracto & Concreto, illi, qui  
 de forma est, subjungitur.

## REGULA I.

*Si abstractum predicatur de abstracto, et-  
 iam concretum predicatur de  
 concreto.*

*Ute, c. Physica est scientia. E. Physicus est  
 sciens. Medicina est ars. E. medicus est arti-  
 fex. Albedo est color. E. album est coloratum.  
 Absolutè hæc Regula vera est, nec ullam,  
 quod ego scio, patitur instantiam.*

REGU-